



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas Psalmorum Decades

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Quia custo diui uias domini Nec impie gessi a deo meo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

recedent, qui sunt, qua iustitia meretur recipere contraria q̄ ab impijs patif, & impiorum contraria q̄ sperant, Sic Deutro. ix. prohibet dicens: Ne dicas in cor- de meo, quoniam deleuerit dominus deus tuus eos in cōspectu tuo, propter iustitiā meam, intro duxit me dominus, ut terram hanc possiderem, cum propter impi- tates istas iste deleat sint nationes: Neq̄ enim propter iustitias tuas & equi- tatem cordis tui, ingredieris, ut possideas terras eorum, sed quia illæ impiæ ege- runt, introeunte te, deleatæ sunt, ut completeret uerbum suum dominus, quod sibi iuramento pollicitus est, patribus tuis Abraham, Isaac & Iacob: Scito er- go, q̄ non propter iustitias tuas dominus deus tuus dedit tibi terram hanc optimam in possessionē. Gloriarī ergo aduersus impios, de iusta causa possu- mus & debemus, sed corā deo subdi & taceri ei q̄ soli gloriā tribuere oportet. Aduerter autem, iustitiam meam, pertinere ad patientiā, puritatem manuum ad innocentiam, hoc est, quod iniq̄ue est laesa, mala ferens propter iustam cau- sam, & nulli malum reddens aut faciens, propter iniuriā, hoc ipso scilicet me- rita educti in latitudinem, quia placitum est domino, pro sua gratuita miseri- cordia, in talibus hominibus.

Quā gloria
andum.

Quia custodiui uias domini
Nec impie gessi a deo meo.

Peritat in comparatione sui ad synagogam, ut probabunt sequentia. Iusti enim & si in carne sua peccatum habent, & corpus eorum propter peccatū sit mortuum, Spiritus tamen uiuit propter iustificationē, ut Apostolus Ro. viij. dicit. Contra, impij, in carne sua iustitiam suam ostentant, in spiritu tamen eo- rum est dolus, propter impietatem. Ita iusti foris agunt ut peccatores, intus ue- ro sunt iusti, impij autem foris sunt iusti, intus peccatores. At nulla cōparatio spiritus (quæ est impietas) ad peccatum carnis (quæ est rebellis concupiscen- tia) ita nulla est comparatio iustitiæ carnis (quæ est operatio legis) ad iustitiam spiritus (quæ est fides in Christo.)

Impij & iu-
sti intus &
foris.

Hoc est, quod hic dicit, se custodire uias domini, Quo autem modo custo- diuntur: In spiritu, non in carne, fide, non operibus, gratia, nō libero arbitrio. Ideo adiungit, Nec impie gessi a deo meo, id est, hæc est custodia uiarum domi- ni, non esse impium in deū. Impietas autem (ut sæpe dixi) incredulitas est, quæ per sua opera nititur iustificari, quæ ubi fuerit, nulla est custodia uiarum domi- ni. Hebraus simplici dictione, רשעה Rasachi dicit, id est, si liceret dicere, Im- pium impius fui a deo meo. Impietas autē est discessio & declinatio a deo, Si- cut psal. xij. uidimus. Et Hiere. xvij. Maledictus uir qui confidit in hominē, & recedit cor eius a deo. Ideo hebraico idiotismo dicit, nec impius fui a deo meo, non recessi a deo meo per impietatem.

Cum ergo tam magnum sit peccatum impietatis collatum reliquīs concu- piscentiæ in carne priorū, recte gloriatur Ecclesia, se non transgressam uias do- mini, nec impiam fuisse in eum, sicut sunt aduersarij eius, qui tamen propter iustitiam & zelum dei, in eam ferociunt.

Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo,
Et iustitias eius non repuli a me.

Sugillat im